

**05**

**A**

**223**



V  
I  
S  
N



20

IN NOMINE JESU!

ΔΙΚΑΣΤΟΣΟΦΙΑ  
MOSAICA,  
h. e.  
DOCTRINA SACRA  
DE JUDICIBUS

à DEO per Mosen constitutis

Ex Exod. XIIX. v. 21. 22. 23.

DISPUTATIONE THEOLOGICA

In Academia Wittenbergensi luculenter exposita,

*Quam*

In Honorem novi electi Cibinii Transylv. COMITIS

SUB PRÆSIDIO

VIRI SUMME REVERENDI, MAGNIFICI,

AMPLISSIMI, atq; EXCELLENTISSIMI,

DN. JOH. DEUTSCHMANNI,

S.S. Th. Doct. & Prof. P. celeberrimi,

Alumn. Elector. EPHORI Gravissimi, &c. &c. &c.

DN. Præceptoris, Patroni, Evergetæ, &c.

*Summe venerandi &c.*

MICHAEL VIETORIS-Cibinio-Transylv.,

IN AUDITORIO MAJORI,

ex Lutheri Cathedra

proponet & defendet

Die XIIIX. Jun. An. clo Ioc LXXXVI.

---


WITTENBERGÆ,

Imprimebat JOHANNES WILCKIUS.



05 A 223

1  
52



IN NOMINE JESU!  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
DICASTOSOPHIAN  
MOSAICAM,  
Secundum Exod. XII. 20. seqq.  
proponens.

**D**ei *judicium* est, inquit *Moses* Deut. I. 17. in font. *Hebr.* emphaticè legitur, המשפט הוא לאלהים הוא *Lutb.* reddidit, Das Gerichts Amt ist Gottes. In his verbis nobis offerit *Moses* (1) *Emphaticum Objectum*, de quo sermonem facit, quod non est משפט nudè, vel simpliciter prolatum, sed המשפט emphaticè revelatum, siquidem *emphaticum* ה videtur h. l. (a) *demonstrativum*, cum digito quasi *Moses* intendat ad *judicia divinitus constituta*, quæ communiter המצות, vel *præceptis moralibus*, החקים *statutis*, vid. *ceremonialibus* contradistingvuntur, & tanquã המשפטים vel *judicia forensia*, vel ad *Statum civilem* pertinere, dicuntur Deut. VI. 1. & passim alibi. (b) *Relativum*, quia *judicium* hoc ad DEUM, quoad *mandata*, & ad *homines Israelitas*, quoad *facta*, refertur, sicut ex *versiculo* proximè sequenti, nim. v. 18. manifestum. (c) *Commendativum*, cum sit primæ, summæq; commendationis, dum *judicium* κατ' ἐξοχὴν, vereq; *divinum* intelligitur, quod à *divina tum majestate*, tum *potestate*, tum *autoritate*, pendere deprehenditur. (d) *Restrictivum*, dum suo modo determinat hoc *judicium* ad *judicium catholicum*, quod est *omnium civium totius Israeliticæ Reipublicæ*; ad *judicium publicum*, quod in *portis*, vel etiam in ipso *Synedrion* per LXXII. *Viros* administrabatur; ad *judicium pacificum*, quod *res controversas accuratè decidebat*, omnem *altercationem dirimebat*,

A

bat,

bat, & omnes contentiones ad simplicem concordiam, ad constantem pacem, reducebat. Hoc iudicium est magni, ratione DEI, vel ejus privilegii, majoris, ratione sui, dicitur esse precii, maximi, ratione nostri, semper est æstimii. Hinc Moyses etiam offert, (II) *Emphaticum Subjectum*, dum inquit, iudicium esse לאלהים. *Hæbraerum* & variorum casuum est nota, sicut B. Glafs. in *Grammat. Sacr.* p. 675. observat. Nos hic varios respectus in eodem iudicio non inconvenienter observare possumus. Nam, juxta B. Lutheri versionem, respicit hic *Genitivum*, & iudicium dicitur esse DEI, tanquam *principalis Autoris*, quia iudicium est DEI: deinde juxta II. Paul. XIX. 6. respicit *Dativum*, quod iudicium fiat Domino, quando Josaphat inquit iudicibus: Ihr haltet das Gerichte nicht dem Menschen / sondern dem HErrn / יהוה / und Er ist mit euch im Gerichte: adeoque sic etiam cum Domino, vel sub Domino, dicitur in *Ablativo* fieri. *Latinus Interpres* quidem in hoc loco quoque retinet *Genitivum*: Non hominis exercetis iudicium, sed Domini. Sed *Ariasmontanus* cum aliis in *Dativo* יהוה transferunt, cum Jehova iudicium administratur, tanquam *Regi*, vel *Imperatori*, tanquam *superiori Domino*. Denique non incommodè refertur ad *Accusativum*, cum particula ל ad *Accusativum* quandoque referatur, & sic iudicium tendit ad *Dominum*, tanquam *legislatorem*, *Inspectorem*, & *Directorem*, vel etiam ad honorem, & gloriam ipsius administratur. (III) *Emphaticum proprium*, dum ליה peculiari-ter additur, & variam iudicii prerogativam indicare videtur, nim. partim prerogativam divinitatis, ratione principii, vel DEI, quod divinum sit iudicium, divina tum majestate, tum autoritate, tum potestate, præditum, sicut ליה à Galatin. Capion. & aliis inter Nomina DEI recensetur, vel ad minimum, אור: עֹרֶךְ adhibitum, aliquid divinitatis præ se ferre videtur: partim prerogativam veritatis & sinceritatis, cum omne iudicium fieri debeat in veritate, & sinceritate, ratione sui, nec absque veritatis & sinceritatis condimento consistere valeat; ליה verò iudicium illud ipsum designat, quod ex inrita veritate, vel sinceritate micat, & è veritate, vel sinceritate divina promanat. Denique prerogati-

vam

vam utilitatis, & fertilitatis, cum iudicia propter bonum publicum  
administrari recte debeant, ut omnes Cives ad illa respicere, tum  
publicum Civitatis, & privatam cujuslibet Civis, commodum ex  
his expetere, sibiq; certo promittere valeant, quod *nervosum pro-*  
*nomen* *Νῆ* cunctis indicare, vel etiã digito quasi monstrare vo-  
luit. Cum igitur *Judiciũ* tantæ sit dignitatis, tantæ sinceritatis, &  
tantæ pariter utilitatis, ideo Deus passim in verbo suo modo de  
iudicio, modo de iudicibus ipsis, *ἡξιωματικὸν εὐσεβῆ* varia nobis incul-  
care voluit: cum primis illustrem *Δικαστολογίαν* Exod. XII. 19.  
seqq. tanquam *Canonicam formam*, & *Authenticam normam*,  
conspicimus, quæ nobis curæ, cordiq; semper esse debet. Hanc  
*Antiquissimam Δικαστολογίαν* modo paucis expendere, & secun-  
dum divinæ revelationis mensuram exponere placet. *Deus No-*  
*ster*, qui iudicum omnium *Antistes*, omniumq; iudiciorum *Præses*  
est, nostris *Meditationibus* clementer adesse, *Spiritu suo Sancto*, tan-  
quam *Spiritu iudicii* Esa IV. 4. cunctis lucubrationibus sapienter  
præesse, & omnia tum ad *Nominis divini Gloriam*, tum ad *verita-*  
*tis cælestis noticiam*, tum ad *Δικαστολογίαν εὐσποπία* potenter, &  
utiliter dirigere velit!

TEXTUS Exod. XII. 19. 20. 21. 22. 23.

v. 19. Audi verba mea atq; consilia, dicebat Jethro Socer,  
ad Moysen, & erit Dominus tecum: Esto tu populo in his,  
quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur ad eum:

v. 20. Ostendasq; populo ceremonias, & ritum colendi,  
viãq; per quam ingredi debeant, & opus, quod facere de-  
beant.

v. 21. Provide autem de omni plebe viros sapientes, & ti-  
mentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avari-  
tiam, & constitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quin-  
quagenarios, & Decanos.

v. 22. Qui iudicent populum omni tempore, quicquid au-  
tem majus fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantum ju-  
dicent, leviusq; sit Tibi, partito in alios onere.

v. 23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & praecepta  
ejus poteris sustentare: & omnis h. c. populus revertetur  
ad loca sua cum pace.

### Exegetis.

1. **S** Acram Δικαστολογίαν quod concernit, illa, juxta praesens  
Jethronis, Viri prudentis, *Consilium*, à DEO profectum,  
vel est *Generalis*, vel *Specialis*; illa respicit totum Jethronis consi-  
lium, haec consilii prudentis nucleum, illa cunctas judicii causas,  
haec saltem Judicum constituendorum personas, illa totum ju-  
dicii processum, haec varium Judicum requisitum, breviter illa  
generalia, haec specialia proponit.

2. *Generalia* potissimum explicant (I) *Causam Efficientem*  
hujus consilii judicialis, quæ dicitur vel *communicans*, vel *appro-  
bans*, & *observans*. *Causa communicans* non est unius generis,  
sed alia dicitur *Principalis*, nim **אלהים**, hoc est, *Deus Pater, Fi-  
lius, & Spir. S.* in cujus cognitionem Jethro jam pervenerat, tum  
ex diuturna cum Mose conversatione, tum ex Mosis vocatione,  
quam Moses eidem, tanquam Socero suo, manifestaverat, tum  
ex aliis documentis. Voluit autem *Spiritus Sanctus* hic vocem  
*Elohim* adhibere, quia hac voce *Domum judicii* nobis insinuare  
constituit, cum alias *Domus judicii, Domus Consilii* &c. per hoc  
Nomen indicetur, sicut scribit R. Maimon. in *Mora Nevochim*.  
p. 2. c. 6. p. 200. *Sapientes Nostri ad id, quod in Lege nostra legimus:*  
*Faciamus hominem in imagine nostra, & Age dum descenda-*  
*mus, & confundamus ibi labium eorum: in hunc sensum scri-*  
*bunt. Si ita loqui liceat, Non facit Deus quicquam, donec illud*  
*intuitus fuerit (deliberarit) in Familia superiori. In quo dicto*  
*admiror, quare dicant, Nisi intueatur! Iisdem enim plane verbis*  
*ait Plato, quod Deus inspiciat in Mundum Intelligentiarum, & ex*  
*illo producat Entia. Alibi verò simpliciter ita efferunt: Non facit*  
*Deus quicquam, nisi antea consultarit de eo cum אלהים Familia*  
*superiori. Vox אלהים autem in græca lingua significat aciem.*  
*Sic in Bereschith Rabbah, & in Medrasch Kobleth dicitur, ad illud*  
*Salomonis Eccles. II. 12. Et Ascher asubu, qui jam fecerunt eum; non*  
*dici-*



dicitur *Asabu*, fecit eum, sed *Asubu*, fecerunt Eum: quia (si dici possit, aut liceat, vel ita loquendo) Ipse, & Domus iudicii ejus supputarunt, & deliberarunt super unoquoque membro, quod est in te, illudque collocarunt super basin suam, b. e. in locum suum, sicut dicitur; Ipse fecit te & praparavit te. Sic dicunt iterum in *Bereschith Rabbab*: Ubiunque dicitur in Scriptura ויהיה. Et DOMINUS, ibi intelligitur, Ipse & Domus iudicii ejus. Explicat quidem Autor hanc iudicii Domum de Angelis, sed perperam, quando pergit: Horum dictorum omnium mens, & sententia non est, ac si Deus loqueretur, cogitaret, consilium, & considerationem aliorum peteret, vel sententia alicujus juvaretur; nam quomodo adjuvari posset Creator à creatura sua? verum declarant nobis, quod minima quoque partes Entium huius mundi, usque ad creationem membrorum animalium, prout sunt, fiant mediis Angelis, quia Virtutes, & Facultates omnes sunt Angeli. Verum Deus nec in dominii, nec in iudicii consortium Angelo, admittit, unde rectius Domus iudicii, juxta Veteres Rabbinos, intelligitur de Tribus Elobim, quod Nomen secundum Rabbinos alios, etiam de iudicibus explicatur. Conf. *Triadosoph. primorum fidelium N. T. disp. 1. th. 12. p. 8. 9.* Nam Tres Elobim sunt שפטים אלהים *Psal. LII. 12.* Tota Domus iudicii, sicut in iudiciis ad minimum tres personae requirebantur, non pauciores.

3. Quod autem Elobim, Deus Unitrinus, vel Deus Israelis, sic efficiens principalis hujus consilii, patet (1) ex diserta Elobim introductione, quia *Jethro* hunc Elobim notat, & ad eum provocat. (2) ex *Jethronis* in Deo Israelis exultatione v. 9. *Latatus est Jethro super omnibus bonis, quae fecerat Dominus Israel, eo quod eruisset eum de manu Aegyptiorum*: Hæc exultatio procedebat ex vera cognitione, & desinebat in religiosam confessionem. (3) Ex divina *Jethronis* glorificatione, quia Deum homo Gentilis ex animi devotione glorificabat v. 10. *Benedictus Dominus, qui liberavit vos de Manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti.* (4) ex vera fidei professione, quia *Jethro* mox hæc verba, fide plenissima, subjicit: v. 11. *Nunc cognovi, (quod est cognitionis fidei, testificationis vere fidei) quia Magnus est Dominus (Jehova) super omnes Deos, eo quod superbe egerint*

vint contra illos. (5) ex vera fidei operatione, vel sacrificiorum oblatione, dum v. 12. Jethro, Mosis sacer, obtulit holocausta, & bestias Domino, vid. in nomine Mesia, intuitu Mesia, per fidem in Mesiam, sine quo nullum Deo gratum sacrificium offerri poterat. (6) ex Ecclesiastica congregationis consecutione, quia venerunt Aaron, & omnes Seniores filiorum Israel, ut comederent panem cum eo (nim. post cultum sacrum, post sacrificium oblatum, post hymnum glorificationis Deo magna cordis latitia decantatum) coram Deo, vel coram tabernaculo *האלהים לפני* in conspectu DEI Trinitatis. Propter hæc, & alia pietatis officia Deus Jethroni benedixit, ut optima consilia dare posset, etiam ipsi Mosi; & sic ipse cuncta tantum ad Jehovah El-him reduxit. Sic valet hic DEI promissum I Sam. II. 30. *Quicumq; honorificaverit me, glorificabo eum, & qui contemnunt me, vili pendentur.* Nam quia sic Jethro sub primo statim accessu modis omnibus honorificavit Dominum, ita Deus etiam ipsum glorificavit, & consilium utilissimum, de iudicibus constituendis, eidem suggestit. (7) Ex divina presentia promissione, quia Jethro magna confidentia Mosi, tanto prophetae, benedictam Jehovah presentiam ad hujus consilii praxin, & observationem, pollicetur: *Erit Dominus tecum.* (8) Ex Mosis obsecutione, quia si consilium hoc à Domino principaliter profectum non fuisset, Moses, qui fidelis erat in omni domo Domini Num. XII. 7. & in omnibus à solo Domino pendebat, illud non statim approbasset, & acceptasset. (9) Ex consilii huius de iudicibus constituendis in populum Israel introductione v. 24. quia Moses fecit omnia, quæ Jethro socer illi suggererat, quoniam noverat, hoc Jethronis consilium esse vere divinum, à Deo Jethroni suggestum, ideo neutiquam, sicut in aliis omnibus, prius Dominum interrogabat, vel in consilium vocabat, sed statim talem iudicum ordinem per totum populum adornabat v. 25. dum electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, centuriones, quinquagenarios & Decanos.

4. Deinde *Causa communicans secundaria, vel Ministerialis* est Jethro, qui describitur (1) ratione nominis, quod secundum alios, dicitur *geminum*, dum h. l. dicitur Jethro, c. II. 18. Regum: se-

CUR.

eundem alios *tergeminum*, dum etiam *Hobab* dictus putatur *Num. X. 29.* *Cornelius à Lapide* cum *Judais* addit quartum, *Cine* & *Judic. IV. 11.* Sed hæc uberius excutere, non est instituti nostri, saltem addimus *ἐπιπέτω B. Dn. D. Calovii* in *Bibl. Illustr.* ad *Exod. II. 18.* Nomen huic *יְהוֹבָב* triplex juxta quosdam, fuit, *Raguel*, *Jethro*, & *Hobab*. *Ebrai* addunt adhuc quartum Nomen, *Kinath* *Judic. IV. 11.* Caterum alii *Raguel* Patrem fuisse *Jethronis* putant, qui alias *Hobab* dictus fuerit, quæ est sententia *Abulensis*, *Junii*, & *Tremellii*, ut & *B. Glasii* nostri in *Gramm. S. p. 760.* Rectius *Burgensis*, *Cajetanus*, & *Oleastrus*, nec non *Calvinus*, & alii, *Jethronem* & *Raguel* ipsum *Mosis* socerum fuisse dicunt. *Hobab* v. *Raguelis*, vel *Jethronis* Filium, & *Zipporæ* fratrem, faciunt, quia *Jethro* videtur ad suos rediisse in *Midian*, postquam *Mosi* benedixisset, *Hobab* v. mansit penes ipsum, posteriq; ejus *Cenei* inter *Israelitas* habitaverunt. Verba ergo illa *Num. X. 29.* non reddenda cum *Jun.* & *Tremell.* sunt: *Dixerat Moses Chobabo filio Raguelis, Midianitæ, socero suo, sed soceri Mosis, vel cum Hieronymo, cognato, aut affini Mosis.* Nam quod *Raguel* Pater barum septem filiarum, aperte asseritur hoc in loco *Exod. II. 18.* nec textus ullatenus permittit, ut Avum nomine Patris intelligamus. Nam & *Sephora* filia ejus dicitur, & ipse elocat eam *Mosi*, quod Patris est officium, si supersit. (2) *Ratione Originis*, quod originem duxerit ab *Abraham*, cujus filius dicitur *Madian Gen. XXV. 2.* (3) *ratione religionis*, quod veræ fuerit religionis, quam vel ex majoribus retinuit, vel ex conversatione cum *Mose* didicit. (4) *Ratione professionis*, sic communiter dicitur Sacerdos in *Midian Exod. II. 16.* licet alii malint per *יְהוֹבָב* Principem intelligere, alii significatū utrumq; conjungunt, exemplo *Melchisedeci*. Vid. *Bonfrerius* ad *Exod. II. 18.* *B. Dn. D. Calov. d. 1.* (5) *ratione operationis*, dum egregia pietatis, & honestatis opera de ipso referuntur, sicut ex *ib. 3.* colligitur, (6) *ratione prudentiæ civilis*, cum hic *Mosis* extiterit *Consiliarius*, & optimum eidem, de *judicibus constituendis, consilium* suggesserit.

5. *Causa consilium* hoc approbans, & acceptans, vel est *summa*, vel *media*, vel *infima*. Tantæ siquidem erat *autoritatis* inter *Israelitas* *Jethro*, tantaq; videbatur *commoditatis* & *utilitatis* ejus  
con-

*consilium*, ut ab omnibus approbaretur, atq; reciperetur, siquidem hoc approbarunt (1) *Moses*, qui statim, tanquam *summa Causa Reipubl.* auditis consilii verbis, fecit omnia, quæ locer illi suggererat v. 24. (2) *Intermedii iudices*, velut *intermedia causa*, quia cuncti *Principes populi, Tribuni, Centuriones, Quingvagenarii, Decuriones*, lubentes consilium Homini peregrini susceperunt, & ad ejus præscriptum functiones publicas in exercendis judiciis adierunt v. 25. (3) *Omnes in universum Israelitica Reipublicæ cives*, tanquam infimæ causæ, qui juxta *Consilium Jethronis* sine contradictione, vel tergiversatione, *Principes, Chiliarchas, Centuriones, Quingvagenarios & Decuriones*, receperunt, & ipsorum judiciis humiliter se subjecerunt.

6. (II) *Causam Moventem, vel impellentem*, quæ videtur esse varia (1) *Judicium publicum*, quia v. 13. *Moses altera die sedit, ut judicaret populum*, quod in tanta multitudine maxime videbatur necessarium, & *Jethroni* maxime placebat. (2) *Judicium solitarium*, quia *totus populus soli Mosi*, tanquam *judici*, constanter à mane usq; ad vesperam assistebat, ut causarum decisionem acciperet. (3) *Diuturnum, & laboriosum solitarii judicii negotium* v. 14. quia cum vidisset hæc omnia *Jethro*, quæ *Moses* agebat, ut *judex* in populo, dixit: *Quid est, quod facis in plebe? cur SOLUS sedes, & omnis populus præstolatur de mane usq; ad vesperam?* Ostendit in his *Jethro* molestias & difficultates hujus judicii solitarii (a) *ratione modi*, quid est, quod facis in plebe, *Hebr. בְּרַבְרָה*, quæ res ista, quod negotium *operosum, laboriosum, & tediosum* suscipis? (b) *ratione subjeeti*, nim. *Mosis*, cur *SOLUS sedes*, nim. ad *judicium*: unus omnibus sufficere nequit. (c) *ratione objecti*, & *omnis populus præstolatur*, non absq; displicentia, nec absq; molestia, nec absq; rei familiaris negligentia &c. *de mane usq; ad vesperam in loco judicii*, cum detrimento rei tam privatae, quam publicæ.

7. (III) *Causa Materialis Judicum, & judiciorum* v. 15. 16. describitur, & potissimum hic ad *objectum*, vel *Materia circa quam* respicitur. Est autem *objectum* vel *personale* v. 15. nim. *populus*, quæ *rens sententiam DEI*, sicut *Moses* inquit: *Populus nim. fidei*  
meæ

meae commissus, & ad me caelitus à Deo remissus, venit ad me, tam-  
 quam divinæ voluntatis interpretem, & causarum controversarum  
 judicem, querens per me, tanquam DEI legatum, & perpetuum regi-  
 minis Commissarium, sententiam DEI, vel divinam controversarum  
 obortarum decisionem, Heb. ad quarendum Deum, non ratione co-  
 gnitionis, nec ratione indagacionis, nec ratione contemplacionis, nec  
 ratione cultus, vel adorationis, sed ratione decisionis, definitionis &c. o-  
 ptime Lurb. Sie fragen Gott umb Rath/nim. à Deo per me consi-  
 lium expetunt, quomodo juxta Dei voluntatem, dispositionem, vel  
 ordinationem, vel præceptionem, in causis dubiis, & nondū eviden-  
 ter decisis, se gerere, quid facere, vel omittere debeant; Alii non tan-  
 tum ad causas controversas, sed etiam ad alia vite civilis acta respi-  
 ciunt, sicut Bonfrer. ad h.l. scribit: Per sententiam DEI intellige sen-  
 tentiam, Deo dictante & inspirante prolatam, vel sententiam æquitati  
 consentaneam, & divina legi æternæ. In Hebraeo est, ad quarendum  
 Deum, h.e. quid Deus in quâq; causa, aut negotio decerneret, vel fieri  
 vellet: non enim tantum ad causas, & lites finiendas videtur hic Mo-  
 ses confedisse, & populus ad eum adventasse, sed etiam ad instructionē  
 petendam in rebus difficilioribus, & obscurioribus, quid Deus agi vel-  
 let, quod & sequentis versus verba indicant, ubi dicuntur Israelitæ ad  
 Moysen venire, non tantum iudicii causa, sed etiam, ut ostenderet DEI  
 præcepta, & leges, & multo magis versus 19. & tres sequentes, ubi hoc  
 officium consulendi Deum, & referenda verba DEI ad populum, in re-  
 bus agendis, reservatur Moysi, una cum causis difficilioribus; leviora  
 iudicia aliis inferioribus iudicibus permittuntur ex consilio Jethro.

8. Vel reale v. 16. cum acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad  
 me, ut iudicem inter eos, & ostendam præcepta DEI, & leges ejus. Sic  
 igitur objectum videtur esse geminum, (1) Divinum de controversis  
 obortis iudicium, sicut Moses exsertis verbis dicit: cum acciderit eis  
 aliqua disceptatio, (quod humanæ vitæ, cum primis in magna multi-  
 tudine dicitur, quasi proprium, & perpetuum) veniunt ad me, ut JU-  
 DICEM INTER eos, nim. inter partes disceptantes, vel litigantes. (2)  
 Divinum de rebus non præscriptis, vel nondum definitis consilium, &  
 succedaneum præceptum, ut ostendam præcepta DEI, de peculiaribus  
 objectis, nondum decisis, & leges in talibus ponam eis. Conf. Levit.  
 XXIV. 12. ubi blasphemus tamdiu missus est in carcerem, donec nosset,  
 quid juberet Dominus, Num. XV. 34. recluserunt etiam Sabbathi vio-

B

lato-

latorem in carcerem, quia nesciebant, quid super eo, juxta Domini voluntatem, facere deberent: inde mox. v. 5. Dominus pœnam manifestavit: Dixit enim Dominus ad Moſen: Morte moriatur Homo iſte; obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra. Conf. Num. IX. 7. 8. XXVII. 1. ſeqq.

9. (IV.) *Cauſa formalis*, quæ deſcribitur partim *negative* v. 17. 18. ubi notatur (1) *Propoſitio*, dum Moſi Jethro dicit: Rem bonam non facis, loquitur de bono non morali, ſed civili, non honeſtatis, ſed commoditatis, non virtutis, ſed utilitatis, non innocentie, ſed convenientie &c. quia civiliter commodum non erat, nec utilitati conveniebat, ut Moſes ſumma cum ſua, populiq; moleſtia, ſolus res innumeras expediret. (2) *Probatio*, quia geminam Jethro rationem ſubjungit, quare hæc *judicii forma* non ſit bona, priorem ratione Moſis, tanquam *judicis*; quia *defatigando defatigaris tu*, dum à mane uſq; ad vesperam cauſas difficiles decidere conaris; *poſtერიorem* ratione populi, quia populus iſte, qui tecum eſt, pariter *defatigando defatigatur*, & quidem præter omnem neceſſitatem, cum longe faciliq; longe commodiq; longe feliciq; cunctæ controverſiæ decidi potuerint. (3) *Concluſio*, quæ novam affert vel *hypothefin*, vel rationem, ab *impoſſibili* petitam, & efficaciter introductam, tum *affirmative*, quod ſit *ultra vires* ſolius Moſis, negocium hoc, & laborioſitate graviffimum, & gravitate laborioſiſſimum; tum *negative*, Tu ſolus, inquit, non poteris ſuſtinere: Vix centum, imo ne mille quidem huic tanto populo ſufficiunt, tu proinde tantas moleſtias diu ſolus devorare non poteris.

10. Partim *poſitive* v. 19. ſeqq. quæ ratione, juxta *politica principia communia*, *cauſa formalis* conſiſtit in *Ordine*, tum quia tota Republica dicitur in *ordine* conſiſtere, tum quia partes quælibet *ordinem* præ ſe ferre videntur: Nam datur *ordo*, tum *Imperantium*, tum etiam *parentium*, vel *ſubditorum*: nihil hic debet eſſe confuſum: cum primis in *ordine principali*, nim. *Imperantium*, datur *Magiſtratus ſummus*, dantur *ſubordinati*: inter *ſubordinatos alii* conſtituunt, inter *Ordinarios Miniſtros*, *ordinem Præſidum*, & *Gubernantium*, alii *judicum*, vel *cauſas controverſas dijudicantiũ*, & ad *Leges ſubditos obligantium*; alii *Queſtorum*, & *Reditus publicos ad fiſcum* comportantiũ. Nos, reliquis miſſis, hic ad *judices* potiffimũ, vel etiã ad *Præſides & Gubernatores ſubordinatos*, reſpicere debemus, cum

in

in plurimis Rebuspublicis hæc officia , *formaliter* alias inter se distincta, concurrant , id quod etiam ab hac nostra constitutione non adeo videtur alienum.

11. In ordine *Judicum Israeliticorum* datur (1) *Judex Summus, & Immediatus*, respectu *DEI*, qui fuit, & juxta Consilium *Jethronis* esse debuit, *Moses*: *Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas negotia ad eum*, nim. *generaliter*, quoad explicitè non præscripta, sicut superius *ib. 8.* notavimus; hæc enim *Moses* ad Deum immediate referebat, ut *nova Constitutione* divina deciderentur: Et *Specialiter*, tum quoad *Ecclesiastica*, quod ostendere debuerit populo *Ceremonias, & ritum colendi*, scil. *Deum*; tum quoad *politica*, quod *viam monstrare* debuerit, per quam ingredi nim. ad *novam terram*, ad *novum regnum*, ad *novam Politiam*, conveniens fuerit; tum quoad *domestica*, quod etiam fuerit *Legislator moralium*, ratione *vite*, quod *opus in vita quisq;* facere debuerit.

12. (2) *Judices subordinati*, qui sub *Mose*, tanquam *summo Judice*, fuerunt, & per *Universos populi totius Ordines* jus dicere, custodire, causasq; controversas dirimere debuerunt. Quales fuerunt (1) *Principes Millium*, vel *Chiliarcha*. (2) *Principes Centenorum*, vel *Centuriones*. (3) *Principes Quinquagenorum*, vel *Quinquagenarii*. (4) *Principes Decuriarum*, vel *Decuriones*. Sed de his specialius mox agetur. Nunc observamus saltem hoc , quod *Deus antiquissimis temporibus fundamenta Rerumpubl. & ordinem earum pulcherrimum* firmavit, & *autoritate sua confirmavit*, sicut ex hoc illustri *speculo* videre licet.

13. (V) *Causa finalis*, quæ videtur esse *Triplex* (1) alia respectu *populi*, nim. ipsum *judicium populi*, tum *inferio*, tum *superio* v. 22. quod *inferiores Judices* populum omni tempore judicare, sed tantum in *objectis minoribus & levioribus* *judicium* hoc sibi commissum administrare, & in his *Mosen*, onere partito, sublevare debuerint: sed *objecta majora, graviora, difficiliora*, tantum ad *Mosen*, tanquam ad *supremum judicem*, referre, & vel ab *Ipso*, vel à *DEO* decisionem expectere fuerint obligati. (2) alia respectu *DEI*, v. 23. nim. *Imperium*, vel *obsequium DEI*, vel *DEO debitum*: Si hoc feceris, pergit *Jethro*, *implebis imperium DEI, & præcepta ejus poteris sustentare*. (3) alia respectu *Mosis*, nim. *executoris*, qui citra dubium ex hoc consilio *DEI voluntatem* conspexit, adeoq; statim ad *executionem*, sine dilatione

deduxit, quod nunquam fecisset hic fidelissimè in omni domo, Dei Legatus & servus Num. XII. nisi de voluntate Domini sui certissimus ipse fuisset. Fuit enim hæc insignis, vereq; totalis administrationis mutatio. Hinc sequitur verbis immediatis: *Quibus auditis, Moses fecit omnia, quæ illi suggererat v. 24. & electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & Decanos, qui judicarent plebem Domini omni tempore. Hæc sufficiant de Generalibus.*

14. Accedimus nunc ad *Specialem Tractationem de Judicibus Inferioribus constituendis*, quæ potissimum in v. 21. & 22. reperiuntur; dum hic vere *Constitutionem Authentice* deprehendimus, ex ea verò *Divinam Judicum Constitutionem* exponimus. Notamus hic (1) *Divine Judicum Constitutionis Efficientem, Provide.* (2) *Divine Constitutionis Causam Materialem, de omni plebe Viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam.* (3) *Divine Judicum Constitutionis Causam Formalem, Constitue ex eis Chiliarchas, Centuriones, & Quinquagenarios & Decanos.* (4) *Divine judicum Constitutionis Causam finalem v. 22. Qualis ordo causarum, talis ordo verborum, talis ordo rerum, ut vel rectius & melius, planius & plenius vix exponi potuissent.*

15. *Efficiens causa* latet in Verbo *Provide*, nim. in *Ejus nomine*, qui *Tuus Principalis, & cujus Tu Legatus*, cujus est hic totus populus *Israel*, qui solus *Magistratus & judices* ordinat, & ad *leges certas* obligat; hic autem *DEUS* non est alius, quam *Deus* quoad *Essentiam Unus*, & quoad *personas Trinus*. Prius probatur (1) *quia Deus* hic reliquis *Gentium Diis* contradistinguitur. (2) *quia Diis multis* opponitur, quæ ratione tantum *unus à Jethrone* creditur. (3) *quia cunctis reliquis Diis*, tanquam *unus*, præponitur & præficitur, dum emphatico nomine יהוה מכל האלהים, *Jehova præ cunctis aliis Elobim*, vel juxta *Vulgatum, Jehova super OMNES DEOS*, dicitur v. 11. qui certe tantum *unicus* esse potest. (4) *quia communissimis attributis unitatis* afficitur, dum vocatur (a) *Summus*, nim. *Jehova præ cunctis aliis Elobim* (b) *maximus*, quod *MAGNUS* κατ' ἐξοχήν sit *Jehova*, cum *Positivus* in sacris sæpius pro *superlativo* ponatur, quod in primis verum est de τῷ *MAGNUS*, quando de *Deo* usurpatur, qui solus *essentialiter magnus*, solus *immutabiliter magnus*, solus *transaliter magnus*, solus *semper Magnus* (c) *Optimus* v. 10. *quia Bene-*  
dictus



dictus Jehova, qui pro sua immensa bonitate liberavit populum Isra-  
el de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, & eruit populum suum  
de manu Aegypti; jam Summus, Optimus, Maximus, tantum unicus est.  
(5) quia summam & essentialem unitatem evincit etiam magnum  
Nomen Jehova.

16. Posterius, quod Jethro Jehovam Trinunum omnium Judi-  
cum Autorem, & Electorem summum h. l. constituat, itidem facile  
confirmatur (1) quia statim in v. i. e. XIX. Jehova Elobim, & quoad  
magnum Nomen Essentiale, & quoad magnum Nomen personale, mun-  
cupatur, adeoq; non alius, quam Unus, quoad Essentiam, & Trinus,  
quoad subsistentias, Deus verus in hoc toto capite consideratur. (2)  
quia primum omnium Magnum Nomen Elobim introducit v. i.  
& nomini Jehova praemittitur, ut indicetur, potissimum Jethro-  
nem ad SS. Trinitatem respexisse: sic enim legitur v. i. quod audive-  
rit Jethro, Sacerdos, Madian, Socer Mosi, omnia, quae fecerat Deus (Elo-  
him) Mosi & Israeli, populo suo, & quod eduxisset Dominus (Jehova)  
Israel ex Aegypto. Ubi citra dubium respicit ad illum Elobim, qui  
Mosen Exod. III. i. seqq. vocaverat, eum ad Pharaonem ablegaverat,  
populi dimissionem ab eodem postulaverat, & maximis atq; pluri-  
mis miraculis eum gloriose liberaverat: jam is est Jehova Elobim,  
Elobim Abraham, Elobim Isaac, Elobim Jacob, vel quibus aliis indi-  
ciis SS. Trinitas se Mosi manifestaverat, quae citra dubium Je-  
throni Moses indicaverat. (3) quia neq; sapius, neq; rarius, sed tribus  
tantum vicibus magnum Nomen Jehova tribuitur Jethroni, quod  
non obscurum est SS. Trinitatis indicium. Nam (a) v. 9. letatus est  
Jethro super omnibus bonis, quae fecerat (Jehova) Dominus Israeli & c.  
Hic Jehova letitiae, qui spiritualem cordis in Jethrone letitiam ex-  
citavit, & respectus habetur ad Spiritum S. qui vocatur Spiritus letitiae  
Ps. LI. 14. (b) v. 10. dixit: Benedictus (Jehova) Dominus, qui liberavit  
vos & c. Benedictus hic Jehova Filius, qui μετ' ὀργῶν Benedictus est,  
& fundamentalis Autor, atq; Procurator omnis Benedictiois, Semen  
Abrahae Benedictum Gen. XII. 2. & c. Semen Isaac Benedictum c. XXVI.  
4. Semen Jacobi Benedictum c. XXIX. 14. Benedictus Dominus omni-  
um Israelitarum. (c) v. 11. Jethro pergit fiducia plenus: Nunc cognovi,  
quia magnus (Jehova) Dominus super omnes Deos, quod certo modo  
Patri, juxta scripturas, appropriatur, dum ut Pater omnibus emi-  
nenter se manifestavit. Sic unicuique distincta persona distinctum  
quo-

quoque versiculū, distinctum titulū, distinctum respectū texto tribuit, ut eo certiores essemus, h. l. *Jethronem* ad mysterium *SS. Trinitatis* respexisse. (4) quia notanter in brevissimis illustris consilii verbis initialibus v. 19. *ter magnum personale Nomen* introduxit: *Audi verba mea atq; consilia, & erit (Elohim) Dominus tecum,* (i. e. *Spiritus Sanctus*, qui *Prophetarum Autor, Ductor, & Director*, & sic à priori *Prophetas* excitat, à *formali* semper illuminat, & illuminando velut *Ductor* cuncta, quæ sunt vel expedienda, vel suscipienda, fideliter indicat; à *posteriori* cuncta probat, gubernat, & ad fines, Deo gloriosos, fidelibus utiles, ordinat: hoc est, quod sibi vult illud *Jethronis: Elohim erit tecum.*) *Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent,* (in Hebr. longe clarius hæc dicuntur. *Esto tu populo* עַמְּךָ *coram Elohim*, nim. in *Columna Nubis & Ignis* semper præsentis, *Ductoris* partis suscipienti, vel instar Λόγος *Patris voluntatem exponenti*, coram quo *Moses* semper comparebat, & coram eo stans populi causam proponebat & promovebat: qui citra dubium *Elohim Filius*) ut referas, quæ dicuntur ad Eum (Heb. אֵת הַרְבֵּרִים אל האלהים: *verba, vel negotia ad Elohim*, nim. *Patrem*, qui *Legislatoris* partes adsumebat, causasq; difficillimas populi suscipiebat, & juxta paternam suam voluntatem mediantibus legibus, vel *Constitutionibus*, iuste decidebat.) *O Illustrem Triadosophian!* (5) quia *Moses Deut. I. 15. seqq.* disertis verbis hanc constitutionem *Chiliarcharum, Centurionum, Quingvagenariorum & Decanorum*, ad *Elohim* refert. Plura quidem ex contextu producere possemus, sed hæc modo sufficient.

17. Post causam *Primariam*, sequitur *Administrans causa Constitutionis Judicum*, quæ dicitur *Moses, Provide Tu*: nam pronomen עַתָּה, quod est *secundæ persone* primo loco, non citra *emphasem*, in originali textu ponitur, & *Mosen* designare dicitur, quia non cum alio *Jethro* *socer*, vel *Consiliarius*, loquitur. Et certum est, quod *solus Summi Magistratus* sit *inferiores judices* eligere, constituere, suaq; confirmatione principali *judiciis*, in toto regno præficere. Jam *solus Moses* tum temporis erat in *Israelitico populo Summus DEI Legatq; divinæ Voluntatis internuncius, Regis cælestis Vicariq; & Summus* in toto populo *Magistratus*, sicut ipse testatur v. 15. *Venit ad me*, scil. ex v. 14. *omnis populus, quærens sententiam Dei. Moses* igitur *solus*, tanquam *Dei plenipotentarius, Judices Inferiores* constituere poterat, & debebat.

18. Cau-

18. *Causa Media* latet in verbo *Provide*; in *Heb.* legitur *radix* און: quomodo *radix* hæc vel conferatur, vel distingvatur, quoad alias *radices*, nim. און, און, און, de eo *R. Maimon. in More Nevoch. p. 1. cap. 3.* agit: hic saltem observamus, quod hæc *radix* tum de *visione corporali*, vel *externa*, tum de *mentali*, vel *interna*, communiter in *facris* adhibeatur, quod nostrum institutum non inconvenienter illustrat, quia *Prudentia singularis* hic *Magistratui summo*, circa *constituendos iudices inferiores* commendatur, quæ tum *diuturnas observationes externas*, tum *internas & accuratas mentis ponderationes eorum*, quæ sunt oculis externis observata, requirit. *Prudentia* dicitur alias *oculus hierarchie politicae*, *hierarchie domesticæ*, vel etiam *totius vite*, quæ maximè dicitur in *eligendis iudicibus* necessaria, ut *iudiciis divinis idoneæ personæ* præficiantur. Et certè *prudenti consideratione*, *circumspecta* pariter *observatione*, multoq; *iudicio* videtur opus esse, tales eligere *personas*, à quorum arbitrio *civium personæ, possessiones, actiones*, imò *tota* pariter eorum *vita* pendeat.

19. *Causa Materialis Constitutionis Iudicium* considerari non incommodè potest (1) quoad *Materiam ex qua*, sic dicitur, quod, *de*, vel *ex omni plebe*, *iudices* snt eligendi און און *ex omni populo*, quæ ratione significatur (1) *indigenas* in *iudices* eligendos esse, tum propter amorem in patriam, quia naturalis amor erga *Patriam* hominibus quasi connascitur, juxta tritum illud: *Dulce solum Patriæ: tum* propter amorem in *Sympatriotas*; quos in amoris consortio communiter cunctis aliis præferre solemus: tum propter amorem *politias*, quia communiter quisq; *politiam* eam, ejusq; conservacionem observare consuevit; in qua natus, & educatus est; tum propter amorem *legum*, quia *leges*, & *consuetudines*, quas *iudices* per omne vitæ tempus observarunt, communiter etiam ab aliis observari volunt &c. (2) *Indigenas alienigenis* præferendos esse, quod in primis in *Israelitica* fuit observatum *Republica*, tum quoad ipsos *Reges Deut. XVII. 15.* tum quoad alios *officiales*, sicut multis ex variis locis scripturæ probari posset.

20. (2) Quoad *Materiam circa quam*, quæ dicitur *Populus*, & h. l. & in *antecedentibus* v. 13. 14. 15. 18. 19. 20. & in *consequentibus* v. 22. 23. 26. sic consideratur. Cum vero *tria* sint in quovis *populo*, vel in quavis *Republica*, quæ nim. in *iudiciū* venire possunt, nim. (1) *Personæ*. (2) *Res*. (3) *Actiones*, quæ communiter etiā *tria juris objecta* vocantur, ideo sub

no.

nomine Populi, tum ipse populus, tum omnia, quæ vel erant, vel fie-  
bant in populo, simul comprehenduntur, speciatim autem per תַּבְּרִים  
וְנִגְוֹתָם v. 19. *negotia*, vel ut græcè dicuntur ἀγῶματῶν & πῶ-  
λεῖς, *res, & actiones &c.* exprimuntur.

21. (3) Quoad *Materiam in qua*, cum hæc præ cunctis aliis hic at-  
tendatur, & graphice describatur, ideo subjecta l. *personas* iudicum,  
juxta textum, explicabimus (1) *ratione Quiditatis*, quod debeant es-  
se *Viri*, non *nomine*, sed *ipsa re*, non *titulo*, sed *facto*, non *nuda opi-*  
*nione*, sed *vera conditione*, non *habitu*, sed *affectu*, vel *effectu*, non  
*discretionis naturalis signo*, sed *fortitudinis moralis animo*, &c. adeoq;  
non sint (1) *fœmina*, quæ licet *extraordinariè* sint ad iudicis munus  
admissæ, quemadmodum de *Debora* *Judic. IV. 4. & V. 1. seqq.* & aliis  
legimus, tamen *ordinariè* sunt à *judicandi*, vel *dominandi munere*  
prorsus exclusæ; quæ de causa Dominus graviter conqueritur *Esa.*  
*III. 12.* quod *mulieres dominatæ sint populo DEI*, quod *corruptissima*  
*Reipubl.* dicitur indicium, sicut ibidem in contextu Dominus o-  
stendit. (2) nec *effeminati*, qui *mento* quidem, sed non *mente*, *exter-*  
*no symbolo*, non *interno animo*, *habitu*, non *actu* &c. *viri* sunt, & *mu-*  
*lieribus effeminatiores* *Esa. III. 4.* (3) nec *pueri*, sicut *pæ* dicitur *terra*,  
*cujus Rex* (vel *Judex*) *puer est*, *Eccles. X. 16.* & Deus minatur *maledicto*  
*regno*, vel *populo suo contumaci* *Esa. III. 4.* *Dabo pueros Principes*  
*(vel iudices) eorum.* (4) *Stulti*, quia tales nec *pollent animo*, nec *in-*  
*genio*, nec *judicio*, quæ maxime necessaria sunt in *judicis persona*, vel  
*officio*: nam *perinde est, si quis fasciculum gemmarum projiciat in acer-*  
*vum lapidum, si quis stulto tribuit honorem vel judiciũ* *Prov. XXVI. 8.*

22. (2) *Ratione Quantitatis*, sic in *Regno* *Judices Inferiores* de-  
bent esse *Viri*, numero *plurali*, nõ autem *Vir*, numero *singulari*, cum  
primis ubi tanta reperitur populi multitudo, quæ in populo *Isra-*  
*elitico*, cum *sexcenta millia* numerarint *Virorũ fortium* ad bellum ge-  
rendũ, vel castra sequenda, satis idoneorũ præter *senes, mulieres, libe-*  
*ros, servos, alienigenas &c.* *Multi* verò requiruntur *Judices inferiores*  
(1) *quia*, juxta *Jethronem*, *ultra vires unius hominis*, vel *judicis est*,  
*judicii negotium omnibus & singulis administrare* *v. 18.* (2) *quia*  
*judex unus solus non potest omnibus judicandis sufficere* *v. 19.* (3)  
*quia res non bona dicitur, si tantum unus omnes judicare, vel omniũ*  
*causas dijudicare velit.* *v. 17.* (4) *quia* quælibet *civitas*, quilibet *pa-*  
*gus*, suam *judicem* requirit. Hinc integer *Catalogg* *v. 21. 25.* recitatur,

23. (3)

23. (3) Ratione *Qualitatis*, sic *quatuor* potissimum *requisita*, vel *proprietates*, seu *qualitates* hic in *judicibus* notantur, quarum *rectitudinem* & *accuratam plenitudinem*, alias, juxta *quatuor causarum genera*, breviter indicavimus, nunc *plenius* illud explicabimus. Vid. *Dedicat. Theologiae Melchisedec. ex Gen. XIV. lit. a. n. 3.* Nam certum est, quod *proprietates* fluant ex *essentia*, vel ejus sint *consequentia*: cū autem *essentia*, communiter deducatur à *quatuor causis*, ideo *rectissime proprietates* secundum *quatuor causas* distribui possunt, atq; debent. Plenitudinem harum conditionum, vel proprietatum suo tempore jam observavit *B. Luth. t. 3. Altenb. p. 654.* So läßt nu in diesen 18. Cap. die H. Schrift nichts aussen/ was da zur Sachen dienet/ oder daß allhier fehlen möchte / und mahlet die Personen mit rechten Farben ab / die da sollen Dienen zum weltlichen Reglement. Postea demonstrat, quod inde pulcherrima *Personarum Ecclesiasticarum Idea* desumi possit.

24. *Proprietas prima*, respectu *Causae materialis*, vel *Subjecti*, patet ex *primo requisito*, quando requiritur in *judicibus*, ut sint *איש אמי*, *viri roboris & virtutis*, *valentes & potentes*, alii aliter reddunt. Nos pro varietate significationis vocis *איש* optime locum hunc explicari posse censemus. Nam vox illa sumitur in S.L. (1) *de bonis animi*, quæ maximè veræ *virtutis* sunt, & *toti vita*, vel *omnibus actionibus vita*, cum primis *officialibus*, & *judicialibus* insigne *robur* addunt: sic *איש* tribuitur *Naamano* II. Reg. V. 1. qui non tam *corporis*, quam *animi* donis pollebat, quia *lepra* morbo languebat. *Ruth* quoq; dicitur *אשה אמת*, *mulier virtutis* c. III. 11. quando *Boas* inquit; *scit universa urbs populi mei, quod mulier virtutis tu sis.* Luth. Das du etn Zugendsam Weib bist. Sic requiritur in *judicibus* (a) *sapientia*, vel *legum peritia*: nam ex *legibus* judicare non possunt, qui *legum scientia* destituuntur. (b) *prudencia* circa *personas*, *res* & *actiones*, earumq; varias *differentias*, sicut *Salomon* ex *prudenti consilio*, quod *סוֹפְרָא* naturalis suggerebat, *controversiã* inter *meretrices* statim *dijudicare* poterat, I. Reg. III. 26. (c) *magnanimitas* vel *fortitudo*, ne quæquam in *judicio* timeant. (d) *Temperantia*, ne per *ebrietatem* iniquum *judicium* eructent. *Esa. XXIX. 7.* sie köcken die Urthel heraus / *B. Luth.* qui *Glossam marg.* addit: *Ebrius judex eructat, vel potius evomit sententiam, qualiscunq; ipsi in buccam venit.* (d) *Mansuetudo*, quia multa sæpius *Imperatores* & *Judices* *disimulare* ne-

cessum habent, secundum illud: *qui nescit dissimulare, nescit impere, nescit judicare*, cum per dissimulationes ejusmodi sapius res occultissimæ, quæ nulla prorsus inquisitione manifestari volunt, in lucem protrahantur. (e) *Experientia*, quæ citra dubium in iudice necessaria, cum instar legis sapius consuetudines habeantur. (f) *judicium*, dum sine iudicio, vel naturali, vel habituali, & experimentalibus, civilia iudicia ne utiqvam administrari possint. (g) *Constantia*, quæ maxime requiritur in iudice, ne vel *minis*, vel *promissis*, vel *donis*, vel aliis *mediis*, aut *modis* à *sententia* *justa* se dimoveri patiatur. Sit in hac re *Judex Vir Quadratus & immobilis*.

25. (2) *De bonis corporis*, quemadmodum *Pharao* dicit *Joseph* *Gen XLV. 1. 6. Si nosti in eis (fratribus, vel cognatis tuis,) viros industrios, Hebr. וְיָמִין וְשִׁבְרִים viros roboris, robustos, fortes, ad rem pecuariam idoneos, constitue eos magistros pecorum meorum: sic etiã וְיָמִין וְשִׁבְרִים fortes, bellatores II. Sam. XI. 15. wackere, starcke Soldaten/ qui pollent robore corporis &c. Hæc bona corporis, nim. corporis sanitas, virium & membrorum integritas, justa statura, externa autoritas &c. pariter in iudicibus exiguntur, græc. ἀνδρες δυνατοί, die starck seyn/ den täglichen und beschwerlichen Anlauffen bestand seyn / die einen breiten Rücken / und starcke Schuldern haben / die beschwerliche Gerichtslast zu tragen / die Kräfte und Stärke haben bey Tag und Nacht / zumal zur Zeit der Noth / einen ledern zu hören / und in der Noth ihn bezuspringen / ἰσχυροί, Φιλόπονοι &c. qui possunt, & volunt omnibus, omni tempore, suis *decisionibus*, & *defensionibus* *judicialibus* succurrere.*

26. (3) *De bonis Fortune*, de quibus sapius vox וְיָמִין in scriptura reperitur, sic notat *divitias* *Psal. LXXII. 11. substantiam* *Pf. XLIX. 11. opes* *Jer. XV. 13. XVII. 3. fructus arborum,munitiones, exercitus &c.* sicut multis in locis videre licet. Talia bona fortune non sunt in iudicibus negligenda, cum primis in *civitatibus* & *pagis*: nam qui *publicis iudiciis* præesse debent, non certe se totos rei *domestica* committere possunt, adeoq; vel *indigentia*, consequenter etiam *vilipenduntia*, cum primis à ditioribus premuntur, vel *δωροφασία* mox sequitur, cum vulgo dicatur, *Inopia verba casum ablativum adsciscere*. Tales igitur *indigi* vel *ex fisco*, *bonisq; publicis*, vel *ex Partium litigantium muneribus*, & sic *ex donationibus*, ditari cupiunt, de qua circa requisitum ultimum aliquid dicendum erit.

27. His viribus instructi tum *animi*, tum *corporis*, tum *fortuna*  
maxime sunt omnium idonei, qui munus *judicii* sustinent, es seyn  
tüchtige Männer / *qui bonis animi* sunt condecorati: mächtige/oder  
kräftige Männer / *qui*, propter *vires corporis*, *molestias* *judiciorum*  
devorare, & gravissimum hoc onus portare queunt: es seyn wichti-  
ge Männer / propter *fortuna bona*, die den rechten Nachdruck geben/  
und alles wol zum Stande setzen können. B. Lutherus d. l. graviter  
de his scribit: Moses Deut. I. sagt auch wol / das Richter und Ober-  
keiten solche Leute seyn sollen / da er spricht: Er habe sie gesetzt zu  
Hauptern / über 1000. über 100. über 50. über 10. und Amptleute un-  
ter die Stämme / und habe den Richtern geboten und gesprochen:  
Sehet zu / richtet recht / denn das Gerichte ist Gottes / sehet im Ge-  
richte keine Person an. Ja wol / es ist ein harter Zusatz / es thuts auch  
niemand / er habe denn eine sonderliche Gnade und Gabe. Denn es  
findet sich allerley / das einen Richter hindert / als Furcht / Gunst /  
Geld / Gewalt / da muß man denn haben einen festen Muth / gleich  
als ein steinern Fels. Davon haben auch die Heyden gesagt: *Magi-*  
*stratus ostendit Virum*. Wiltu wissen / ob einer ein herrschafftiger / ge-  
troster / und unverzagter Mann sey / so befehl ihm ein Ampt / da wiltu  
bald sehen / was er sey. Der gemeine Mann weiß nicht / was re-  
gieren ist. Wenn einer aber ein Heer führen sol / das Fähnlein in der  
Hand haben / und fornen an der Spitzen stehen sol / so wird ihm alle  
Kunst / Vernunft / und Muth zu kurz / die Hosen werden ihm schlot-  
tern / und das Herz zitternd / und ist er nicht mit dieser Tugend gefas-  
set / so wird er Gottes vergessen. Wenn wünschen helfen solte / (nach  
der Weltart zu reden) so solte man wünschen / daß ein ieder möchte  
ein Jahr regieren / und wenn einer einem feind wäre / so solte er ihm  
gönnen / daß er müste ein Regent werden. Junge Leute meinen im-  
merdar / sie sind klüger / denn andere Leute / und denken / andere haben  
narrisch regieret / oder machens ja noch nicht / wie es seyn solle: Sie  
aber wolstens viel besser machen / wolten eilff Regel treffen / und um-  
schleffen auff einen Wurff / da ihrer nur neun auf den Bocklich ste-  
hen. Kömmeß ihnen aber einmal zum versuchen / so machens dieselb-  
gen oft am aller ärgsten. Ein solch ding ist es umb das Regieren /  
das kein Reich rechtschaffen ist / es sey deñ die Furcht Gottes dabey /  
und wann man einen findet / der diese Gabe hat / der regieret wol / un es

E 1

ist

Ist eine Gabe Gottes / gleich als ein hübsch Angesicht auch Gottes  
Gabe ist / welches er in die Kappuß wirfft. Sonst wenn einer wü-  
ste / was realeren (richtigen) wäre / der ließe d. von / oder Erdsche in einem  
Winkel. Denn es muß sich einer erwegen / daß er jedermann zum  
Feinde haben werde.

28. *Proprietas secunda, respectu cause Principalis Efficientis, vel principii, consistit in secundo requisito, ut sint Timentes Deum. Hæc virtus citra dubium debet esse prima, cum Domini timor sit initium sapientie Psal. CXI. 10. Prov. I. 7. radix sapientie est timere Dominum Sirac. I. 25. debet esse media, vel continua, quia timor Domini delectat cor, & dat letitiam & gaudium in longitudinem dierum Sirac. I. 12. omni tempore iudices in omnibus molestiis externis, & variis difficultatibus per hunc Domini Timorem possident letitiam cordis, & animo forti, vel intrepido, confidente Domino, letante semper in Domino, cuncta perficiunt, & ad optimos fines deducunt: hæc virtus debet esse novissima, quia Timor Domini gloria, & gloriatio & letitia, & corona exaltationis Sirac. I. 11. non potest igitur, timor Domini non conferre iudici pio iudiciorum gloriam, iudiciorum letitiam, vel *ἀντιδοχίαν*, iudiciorum coronam: imò v. 13. dicitur: iudici timentis Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis sue benedicetur, v. 19. iudici timentis Dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Iudicis virtus primaria Timor Domini, cum reliquæ iudicum virtutes ab hac unice dependeant v. 20. Plenitudo sapientie est, timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Est virtus adæquata, quia sapientia (ratione *ᾠσότης*) & disciplina (ratione *πείρα ξέως*) timor Domini iudicibus est, v. 34. adeoq; Domini timor omnes virtutes, Theoreticas, & Practicas, complectitur: tandem est virtus beata, vel fructuosa, quia v. 20. seqq. plenitudo à fructibus illius, omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius, corona sapientie, timor Domini, replens pacem, & salutis fructum, imò non modo positivorum, sed etiam negativorum bonorum est origo, dum timor Domini peccatum expellit v. 27. & consequenter omne pœna malum, vel supplicium avertit.*

29. Quod autem Timor Domini necessaria iudicum debeat esse virtus, imò propria semper, & sic perpetua, documentis innumeris demonstrari posset, nos aliqua saltem introducemus, (1) quia pro-  
pterea



pterea Dei Nomen gerunt, dum Elobim vocantur, sicut ipse Deus, in-  
 quit Psal. XXCII. 6. Ego dixi: Dii, vel Elobim estis, & Filii Excelsi omnes.  
 (2) quia Deus semper in medio iudiciorum v. i. Deus stetit in Synago-  
 ga, vel Concilio Deorum, & in medio Deorum (iudicum vid. & quo-  
 rum vis Magistratum) dijudicat. (3) quia iudicium, vel iudiciale mu-  
 nus, est Elobim; Dei Patris, Filii, & Spiritus sancti, Luth. das Ge-  
 richts. Ampt Ist Gottes Deut. I. 7. & ratione principii, quia est à Deo;  
 & ratione subjecti, dum est in Deo, qui semper in justis & rectis ju-  
 diciis praesens est, & per iudices Homines, tanquam suos Ministros,  
 iudicium exercet, sicut Josaphat iudicibus inquit II. Paral. XIX. 6. Vo-  
 biscum est Dominus in negotio iudicii: tum ratione modi, vel exerci-  
 tii v. 7. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite;  
 tum ratione scopi v. 6. Videte, quid faciatis: Non enim Homini iudi-  
 cium exercetis, sed JEHOVÆ, vel Domino. Ubi notandum (1) quod à  
 Josaphato iudiciale munus in solidum JEHOVÆ tribuatur, quoad  
 omnes causas. (2) quod non tantum ad Jehovam, sed etiam ad JE-  
 HOVAM ELOHENU, h. e. ad Deum, quoad Essentiam Unum, sed  
 quoad subsistentias, Trinum, Patrem, Filium & Spiritum S. v. 7. notan-  
 ter referatur. (3) quod unica tantum, sufficiens, & adaequata virtus,  
 nim. verus & religiosus Domini timor in iudicibus, à Josaphato requi-  
 ratur: Sit TIMOR DOMINI VOBISCUM! Quid ex hac sequitur  
 (a) Divinorum iudiciorum Observatio, vel Conservatio. (b) Divino-  
 rum iudiciorum Operatio, quia duos emphaticos Imperativos, ex ti-  
 more Domini pro substrata materia resultantes, subjicit: CUSTO-  
 DITE, & FACITE, prior est muneris, posterior operis, prior poten-  
 tiam, posterior actum, prior jus, posterior juris exercitium, prior  
 æquum, vel possessionem, posterior æquum, vel administrationem &c.  
 respicit. Erstlich/scribit B. Luth. d. l. so sollen die Richter GOTT  
 fürchten. Denn wann ein Regent / Prælat, Fürst und Herr / Bür-  
 germeister, oder Richter / nicht Gott fürchtet / so wird er sein Ampt  
 nicht wol außrichten / er wird nicht dran gedencken / wenn er jemand  
 unrecht thäte / daß er Gott damit erzüenen würde. Dann wer sonst  
 in ein Ampt setzet / und andere richten und regieren sol / denn kömme  
 mancherley Zand und Haber dem Menschen zu handten / das sich die  
 Leute zweyen / und unehrlichen und geben dem Richter / oder Bürger-  
 meister / zu schaffen gnug, Soll er nun urtheilen / und richten / so wird

er allezeit ein Theil erzürnen / und auff sich laden / und da wtrds ge-  
meintlich kommen / daß er die großen Hansen / und die reichen Jun-  
ckern / seine gute Freunde und Schwäger / oder die sonst für andern  
angesehen sind / wird für den Kopff stossen / und erzürnen müssen. Denn  
dieselbigen Scharhansen / und große Herrn / wollen immerdar recht  
haben / wollen auch / daß man schliessen und urtheilen solle / wie es Ih-  
nen gefalle. Thut mans nicht / so werden sie des Richters Feinde /  
und muß dann ein Regente dran wagen sein Gut / Gunst / Weib /  
Ehr / Leib und Leben / daß ihm daran Schaden widerfahre. Wer da  
nicht einen Muth hat / und darffs wagen / der gehört hieher nicht.  
Denn wenn er sich wil fürchten / so ist's umb ihn geschehen. Denn  
hilfft er einem zu recht / so hat er den andern zum Feinde / so gehet  
ihme diß / und jenes abe. Aber hinweg mit diesen Regenten (oder  
Richter) er kan nicht from sein. Wenn er aber den Buben hilfft / das  
er bleibt / und drücket den Armen unter / dann ist einer in der Welt  
ein guter Fürst / Herr / oder Richter. Darumb so sol er das Göt-  
tes Fürchten wol lernen / und halten / und gedencen. Wenn gleich  
dieser reicher / mächtiger und starcker Hans / oder Herr / mit feind  
wird / da schlage Glück zu / Ich habe bey mir in meinen Ampt und  
Beruff noch einen / der viel stärker / ansehnlicher / und gewaltiger ist /  
denn er / und wenn dieser gleich alle Teuffel / Fürsten / und Könige auf  
seiner Seiten hätte / die alle ärger wären / als er ist / was frage ich  
darnach / wenn der bey mir ist / der droben im Himmel sitzt ? Also sol  
man die Händel beschliessen / daß man sage: Lieber Gott / Ich schreibe  
es dir zu / ob es mir auch drüber mein Leben kostete. Denn spricht  
Gott: Ey halte fest / Ich wil auch fest halten. Also gehets hindurch /  
oder muß brechen / und fürchtet einer unsern Herrn Gott mehr /  
denn die Menschen. Aber wo findestu solche Regenten / (Richter) ?  
Wo sind sie. Plura de hac omnium optima virtute Judicum B. Me-  
galander l. d. proponit. quæ neutiquam hic adscribere libet, aut licet.

30. *Proprietas Tertia judicum respectu causa Formalis, vel ju-  
dicialis Modi, Veritas est, ut judices sint NON VIN Viri Veritatis,*  
qui respiciant *veritatem* in omnibus (1) *quia veritas est judiciorum*  
*omnium fundamentum, ut judicium in veritate fundetur. (2) quia*  
*veritas sapius in S. L. indissolubili vinculo cum judicio conjungi-*  
*tur, cum sine veritate nullum judicium consistere queat. (3) quia ve-*  
*ritas*

veritas in sacris iudicio præponitur, cum iudicium fieri debeat à veritate, de veritate, in veritate, propter, vel ad veritatem. (4) quia cunctæ personæ, quotquot in iudiciis occurrunt, ad veritatē respicere tenentur: nam veritatem attendat (a) Actor. (b) Reus. (c) Patronus & Advocatus. (d) Testis. (e) Judex. (f) Notarius: imo Lex ipsa debet esse Lex veritatis Psalm. CXIX. 142. Lex tua veritas & v. 86. omnia mandata tua veritas. (5) quia iudicium ipsum fit secundum veritatem, quod commendatur in Christo, tanquam supremo Iudice Esa. XLII. 3. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet, non clamabit, neq; personam accipiet, nec audietur vox ejus foris, calamus quassatus non conteret, & linum fumigans non extinguet, in veritate ducet iudicium, secundum Osiandr. ad veritatem, secundum alios, juxta normam & formam veritatis &c. Vid B. Luther. d. l. p. 655.

31. Proprietas Quarta, deniq; iudicium ratione Cause finalis, vel scopi dicitur, Odium avaritiæ, ut tales eligantur iudices, qui semper oderint avaritiam, cum avaritia sit radix omnis malæ 1. Tim. VI. 10. cum primis in iudiciis, quia corrumpit Advocatos, testes, Judices, Notarios &c. & ipsum iudicium. Das ist eine feine Regel / was für Leute Regenten (Richter) seyn sollen / scribit B. Luth. d. l. p. 656. Er spricht nicht allein / daß sie nicht geizig seyn sollen / sondern auch dem Geiz feind seyn / das ist / also redlich sollen sie seyn / daß sie nicht allein für ihre Person milde sind / sondern auch andern wehren / die sich dem Geiz wollen reiten lassen. Sie sollen nicht Giff und Gaben nehmen / sondern recht handeln / Gott der Wahrheit zu Dienst / und zu Wohlgefallen. Aber siehe dich umb / du wirst solcher Regenten (Richter) wenig finden / wie denn Moses Ihrer auch wenig gefunden hat. Et paulo ante: Wo findet man solche Herren: Ich halte es dafür / wenn man die Geizigen in der Welt abscheiden und absondern sollte / so würde man wenig Fürsten finden / die nicht geizig wären / und nicht ihre Untertanen schäbeten / schindeten / und außsäugeten. An den Höfen regie-

regieret ist Untreu / Finanzeren / Eigenmuß / und der  
 Geiz in den Fürsten und ihren Rätthen. Denn sie ha-  
 ben Raum und Ursach dazu / und beschönnen es mit die-  
 sen Deckel und Fürwenden / die weil in der Oberkeit  
 Nint sitzen / gebieret und trägt vielerley Anfechtung:  
 Rechnen aber dieses gar nicht / das sie werden geehret /  
 und hochgehalten. Man giebt ihnen ihren Geschoß /  
 Steuer / Zins und Renten / dazu / so werden sie auch  
 sehr gefürchtet. Daher kömets den / das sie um der Eh-  
 re / Guts und Gewalts willen ein stolz / hoffärtig Herz  
 bekommen / das sie sagen / man muß thun / was ichs ha-  
 ben wil / und gedencfen nicht / daß sie über sich auch ei-  
 nen Gott im Himmel sitzen haben. Plura videntur d.l.  
 & alibi passim apud B. Lutherum.

32. *Causam Formalem* nunc pluribus etiam exponere pos-  
 semus circa *judicium constitutionem*, sed angustia chartarum  
 eam explicationem non admittit, ideo capita saltem indicabi-  
 mus. Describitur *forma Constitutionis* (1) à priori, Tu Constitue  
 Heb.  $\text{אשר}$  & pones, nim. ex voluntate, vel ordinatione divina,  
 ex autoritate publica, ex potestate summa, cum Inferiores iudices  
 à Summo Magistratu præficiantur. (2) à formali  $\text{שופרים}$  vocatur,  
 quod sint Principes, Præsides, Antistites iudiciorum & iudican-  
 dorum. (3) à posteriori, dum alii Millenis, alii Centenis, alii Quin-  
 quagenis, alii Denis, non tam personis, ut nonnulli volunt, Borrhai,  
 Grotius, & alii, sed potius Familiis, quæ forma iudicium adhuc ho-  
 die suum obtinet usum, sicut *Experientia* testatur.

33. Deniq; nec multa de *Causa Finali* producere licet, sed  
 itidem capita solum indicabimus, quia *finis* alius *internus*, nim.  
 ipsum *judicium*: alius *externus* (1) *ratione plebis*, ut *populus* recte  
*judicetur* omni tempore nim. in *causis exilibus* & *levioribus* v. 22. (2)  
*ratione Moysi*, tum ut *causas majores* & *graviores* ad *Mosen* refe-  
 rant, tum in *levioribus* partem *oneris*, hactenus suscepti, tanquam  
*subordinati iudices* in se recipiant. (3) *Ratione DEI*, summi judi-  
 cis, ut *imperium DEI* semper impleretur v. 23. (4) *Ratione Ci-  
 vilitatis & Politicæ*, ut *omnis populus in locis suis*  
*cum pace viveret* &c.

05 A 223

ULB Halle  
004 207 270


3



1017







20

IN NOMINE JESU!

ΔΙΚΑΣΤΟΣΟΦΙΑ  
MOSAICA,  
h. e.  
DOCTRINA SACRA  
DE JUDICIBUS  
à DEO per Mosen constitutis  
Ex Exod. XIIX. v. 21. 22. 23.  
DISPUTATIONE THEOLOGICA  
In Academia Wittenbergenſi luculenter expoſita,  
*Quam*  
In Honorem novi electi Cibinii Tranſylv. COMITIS  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI SUMME REVERENDI, MAGNIFICI,  
*AMPLISSIMI, atq; EXCELLENTISSIMI,*  
DN. JOH. DEUTSCHMANNI,  
S.S. Th. Doct. & Prof. P. celeberrimi,  
Alumn. Elector. EPHORI Graviſſimi, &c. &c. &c.  
*DN. Præceptoris, Patroni, Evergetæ, &c.*  
*Summè venerandi &c.*  
MICHAEL VIETORIS-Cibinio-Tranſylv.,  
IN AUDITORIO MAJORI,  
ex Lutheri Cathedra  
proponet & defendet  
Die XIIIX. Jun. An. clo Idc LXXXVI.  
WITTENBERGÆ,  
Imprimebat JOHANNES WILCKIUS.

32.